



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 16. Quare petitur à puero, velit-ne baptizari?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**



*De Sacram. Baptismi. Cap. VII. 101*  
crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit:  
Hoc est, requiritur fides ad recipiendam Bap-  
tismi gratiam, ut explicuimus cap. 6.

*Quaest. 16. Quare petitur à puero, velit-ne baptizari?*

*Resp. Quia consensus eorum, qui baptizari debent requiritur in adultis ut cap. 6. exposuimus, ubi de conditionibus necessariis in adulto baptizando egimus.*

*Quaest. 17. Quid significat unctio in vertice capitis, quæ fit cum sacro Chrismate post Baptismum?*

*Resp. Postquam ascenderit baptizatus de fonte, ut dicitur in Canone, statim signatur in cerebro à Presbytero cum sacro Chrismate, sequente simul & oratione, ut regni Christi particeps fiat, & à Christo Christianus possit vocari.*

Can. Postquæ.  
De Consecr.  
dist. 4.

*Et ut ait sanctus Carolus: Inungitur præterea à Parocho in vertice sacro Chrismate, ut intelligat se ab eo die Christo capiti tantquam membrum conjunctum esse, atque ejus corpori insitum, & ea re Christianum à Christo, Christum verò à Chrismate appellari.*

S. Carol. Act.  
P. 4. De Cerem.  
que peracto  
Baptismo ser-  
uan. ut.

*Quaest. 18. Quare traditur vestis candida baptizato?*

*Resp. Post Baptismum traditur Christiano vestis candida, ut dicitur in Canone, designans innocentiam & puritatem Christianam, quam post ablutas veteres maculas, studio sanctæ conversationis immaculatam seruire debet, representandam ante tribunal Christi: cuncti verò renati albis induuntur vestibus ad mysterium resurgentis Ecclesiæ. Utuntur ergo baptizati albis vestibus, ut quorum prima natiuitatis faciem vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus secunda generationis gloria*

Can. Post Bap-  
tismi. De Con-  
secr. dist. 4.